

Notitiae Ecclesiasticae faculi XII.

posteriore Remensi Concilio anni 1148. sed etiam ex anno pariter 2. antiquioris Remensis Concili anni 1131. Deinde can. 4. generalis Lateranensis Concili secundi.

Can. III. Praterea quod a Patribus nostris propensiōri cura novimus constitutum, nos quoque pricipimus observari: ut qui in Ordine Subdiaconus, ut supra, uxores duxerint, at concubinas habuerint, officio, atque Ecclesiastico beneficio careant.

Can. IV. Ad maiorem autem donum Dei decorum adiungentes statutum, ut sanctimoniales & mulieres, quae Canonica nominantur, & irregulariter vivunt, iuxta beatum Benedicti & Augustini rationem, vitam suam in melius corrigan & emendant: superfluitatem vestrum recipiant: & in clauso sint affectus permanentes: choro, refectorio, & dormitorio, sint contenta, & relictis prabendis, & aliis propriis, earum necessitatibus de communi provideant. Quod si usque ad proximum Apostolorum festum non adimplerent, ex iure in eorum Ecclesiis, donec hoc nostrum mandatum adimplerent, Divina probibemus Officia celebravi: & si qua ipsarum mortua fuerit, Christianorum carat sepultura. Prohibemus etiam, ne in eorum collegiis aliqua, que irregulariter vitura fuerit, recipiat, 18. q. 2. c. 25. perniciosem.

Can. V. Decernimus etiam, ut laici Ecclesiastica terminare negotia non praesentant: & Episcopi, Abbes, Archidiaconi, & alii Ecclesiarum Prelati, de negotiis ecclesiasticis vel de alio, que spiritualia esse noscent, aliquorum laicorum iudicio non disponant: nec propter eorum prohibitionem, Ecclesiasticam dimittant iustitiam exercere, c. decernimus, de iudic.

Can. VI. Autem quoque Apostolica prohibemus, ut nullus Advocatus prater ius & beneficium antiquitus constitutum sibi aliquid accipere vel usurpare preueniat. Subadvocatos vero & exactores eorum, modis omnibus ab Ecclesiarum infestationibus removeri precipimus. Quod si quis contra hanc sententiam a nobis promulgatam de cetero attenter presumperit, Christianorum carat sepultura.

Can. VII. Quia vero continentia & Deo placens munditia in Ecclesiasticis & sanctis Ordinibus dilata est, sanctorum Patrum & predecessoris nostri Innocentii vestigiis inherentes statutum, quatenus Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, regulares Canonici, Monachi, atque conversi professi; qui sacrum transgredientes propositum, uxores sibi copulare presumserint, separantur. Huiusmodi namque copulationem, quam contra Ecclesiasticam rationem constat esse contractam, matrimonium non esse confessus. Qui etiam separatis ab invicem, pro tantis excessibus condignam penitentiam agant. Id ipsum quoque de sanctimonialibus, si, quod absit, nubere tentaverint, obseruantur pricipimus; 27. q. 1. ut lex continentia.

Can. VIII. Divinarum legum manifesta est disciplina, & sanctorum Patrum decreta sanxerunt, ut decimas Ecclesiarum, quas in usus pietatis concessas Canonum demonstrat autoritas, laici non debent possidere. Nos quoque ne id fiat, modis omnibus prohibemus; quia sive ab Episcopis, sive a Regibus, vel quibuslibet perfonis acceperint, nisi Ecclesie reddiderint, sacrilegii crimen committunt, & periculum aeterno damnationis incurunt.

Prohibito facta laicis possidendi Ecclesiasticas decimas, vel ipsas Ecclesias, non isto tantum posterioris Remensis Concili can. 8. sed etiam promulgatur secundi Lateranensis oecumenici can. 10.

Can. IX. Illud etiam duximus annexendum, ut nullus in Archidiacionum vel Decanum nisi Diaconus aut Presbyter ordinetur. Archidiaconi vero, Decani, aut Prepositi qui infra Ordines pronominatis existunt, si inobedientes ordinarii contempserint, suscepito honore preventur. Prohibemus etiam, ne adolescentibus, vel infra sacros Ordines constitutis, sed qui prudentia & merito vitaclarent, pradicti concedantur honores.

Huc spectat dist. 60. c. 2. Et Concilii Londoniensis anni millesimi centesimi undecimi, can. 3. & Bituricensis anni 1031. can. 4.

Can. X. Pricipimus etiam, ne Presbyteris conductitiis Ecclesie committantur: & unaque Ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat Sacerdotem: nec ab ejus regimine nisi Episcopi, in cuius Parochia fuerit, vel Archidiaconi canonico iudicio depellatur. Cui de bonis Ecclesie tantum beneficii tribuantur, unde convenienter valent sustentari, 1. q. 2. c. 5. & ult.

Can. XI. Pricipimus quoque, ut Presbyteri, Clerici, Monachi, conversi, peregrini, mercatores, rustici, eantes & redeentes, & in agricultura existentes, & animalia cum quibus arant, & oves omni tempore sint se-

cura. Si quis autem hoc nostrum statutum violare presumperit, Episcopus, in cuius Parochia fuerit, omni trepiditate deposita, canonicas de ipso iustitiam faciat.

Hac eadem prohibitio vexationis in personas Clericorum, Monachorum, mercatorum, rusticorum, eorum bona, jadundum praececerat in antiquiore Concilio Remensi can. 10. prateraque in generali secundo Lateranensi Concilio can. 11. iisdem ipsis verbis eadem iteratur prohibitio.

Can. XII. Temerariam quoque militum audaciam, qui ad detestabiles mundinas aut ferias ex condito solent ad ostentationem suarum virium convenire, unde mortes corporum & animarum sepius provenerunt, omnino fieri interdicimus. Quod si quis ibidem casus vel mortuus fuerit, penitentia ei & viaticum non negetur, Ecclesiastica tamen careat sepultura, de torneam. c. 1.

Eadem praececerat prohibitio in anteriori Remensi Concilio can. 12. postmodum iterata iisdem ipsis verbis in secundo generali Concilio Lateranensi can. 14.

Can. XIII. Nibilominus presentis scripti serui statuta praedecessoris nostri felicis memoriae Pape Innocentii confirmantes, decernimus, ut si quis suadente diabolo tanti sacrilegi reatum incurrit, quod in Clericum vel Monachum violentas manus mittat, anathematis subjecat, & nullus Episcoporum illum presumat absolvere nisi urgenze mortis pericoli, donec Apostolico conspectui presentetur, & eius mandatum suscipiat, 17. q. 4. c. si quis fudente diabolo.

Hoc ipsum antea sanxerat primum Remense Concilium can. pariter 13. Et postmodum eamdem iisdem verbis Sanctionem iteravit Concilium sepius jam memoratum Lateranense secundum, can. 15.

Can. XIV. Hoc etiam consona Sanctorum Patrum definitione sancimus, ut in eos qui ad Ecclesiam vel Cemeterium confugerint, nullus manus mittere audeat. Quod qui fecerit, anathema sit.

Hoc idem edixerat Remensis prioris Synodi canon 14. Idque ipsum iteravit Concilium Lateranense II. in fin. can. 15.

Can. XV. Innovamus etiam, ut si quis malo studio, sive pro odio, sive pro vindicta, ignem appulerit, vel apponi fecerit, aut appositoribus consilium vel auxilium scienter tribuerit, excommunicetur. Et si mortuus fuerit incendiarius, Christianorum carat sepultura. Nec absolvatur, nisi prius damno, quod intridit, secundum facultatem suam refarcito, jure si ulterior ignem non apposuit. Penitentia ei detur, ut in Ierosolymis vel Hispania in servitio Dei per annum permaneat. Si quis vero Archiepiscopus vel Episcopus hoc relaxaverit, dannum restitutus, & per annum ab officio Pontificale abstineat. Sane Regibus & Principibus facultatem facienda iustitia non negatur.

Eadem penalis in incendiarios constitutio jam praececerat in priore Remensi Concilio can. 17. Deinde in secundo Lateranensi can. 18. Et referunt in Decreto, 23. q. 8. can. pessimum.

Can. XVI. Pricipimus etiam, ut pro Chismatis, & Olei sacri, & sepulture acceptance nullum premium exigatur.

Can. XVII. Illud etiam quod a predecessori nostro Papa Innocentio statutum est, innovantes; ordinationes factas a filio Petri Leonis, & alii schismatis & hereticis, evanquam, & irritas esse confessus.

Can. XVIII. Quia etiam Apostolica sedes, quod retulit est, confituit attenta consideratione defendere, & quod devium invenitur esse, devitare: presentis decreti autoritate pricipimus, ut nullus omnino hominum heresiarchas, & eorum sequaces, qui in partibus Gafconie aut Provincia..... vel alibi commorantur, manuteneat vel defendat: nec alius eis receptaculum in terra sua prebeat. Si quis autem vel eos de cetero retinere, vel ad alias partes proficentes eorum errori consentientis recipere forte presumperit, quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur; & in terris eorum, donec conigne satisfaciant, divina celebrari Officia interdicimus.

CON-

Concilium Turonense, ann. 1163.

289

CONCILIO TURONENSE

anni 1163.

I. Postquam Hadrianus Papa IV. rebus est humanis exemptus, Alexander ejus nominis III. in illius Sedem est subrogatus, omnium (exceptis tribus) suffragii Cardinalium, patria Senensis, omnique virtutum genere conspicuus, qua canonice peracta electione, tres reliqui Cardinales Friderico Anobarbo gratificari volentes, feos convenientes, Joannes, Guido & Octavianus, in hunc ipsum consenserunt, qui duobus sub-nixus suffragiis, introductaque copiola mercenariorum militum manu, Victoris sibi nomen assumpit. Fridericus coactus Concilialis Octavianum intrulsum violenter propugnavit, eidemque quasi jure Imperii Pontificatum adjudicavit. Reges vero Francie & Angliae, certe roqui inter se hostes, coactus Episcoporum ditionum suarum Synodis, Alexandri, prout justum erat, partes foverunt. Qui Roma ob schismaticorum factiones, Italiaque, in qua omnia armis perstrepabant, in Galliam appulit, portu Magalonis exceptus, inde Monspelium profectus, maximo Praetitorum finitimarum Procerumque concurso est suscepit anno 1162. Inde per Arvernos in civitatem Turonensem rogatus a Rege Francie concessit. Interim Rex Francie Ludovicus VII. & Rex Anglie Henricus II. ex condito super Ligerim annem convenientes, omni sepius emulacione, ad Alexandrum, qui ambos praefolabatur, perrexerunt, exhibitisque pedum oculis, statorum officio simul usi sunt, pedes dextra levaque frenum equi ipsius tenentes, atque ad preparatum habitaculum perduerunt, ut Robertus harum rerum teflis oculatus prodit. Alexander vero pacem inter duos Reges conciliauit. His peractis, Concilium Turonense initio anno 1163, eique praeedit: interfuerunt Cardinales decem & septem, Episcopi centum viginti quinque; & quorum numero fuit Thomas ille celeberrimus Cantuarie Archiepiscopus. In hoc illustri Concilio anathemate justo perculsus est, cum suis omnibus favoribus, Antipa, dictus Victor tertius, editique sunt decem, qui sequuntur, canones:

Can. I. Majoribus Ecclesie beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis videatur, ut minorum Clericorum prabenda recipiant sectiones. Idcirco ut in magnis, ita quoque in minimis suis membris firmam habent Ecclesie unitatem: divisionem prabendarum aut dignitatum perturbationem fieri prohibemus.

Habetur c. majoribus 8. de præbendis. Et est titulus Decretalium, ut beneficia Ecclesiastica fine diminutione conferantur. Item Alexander III. hoc idem decernit c. avaritiae, eod. tit. & confirmatur c. tua fraternitati, & c. cum cauſam, eod. Rescritum tamen Innocentius III. c. vacante, eod. duas simul requiri conditiones, ut possit una præbenda dividii, scilicet justam & rationabilem cauſam, & sufficientiam proventuum convenientium pro utroque proviso. Duas in Corpore juris reperio dividendi cauſas; unam quidem si tanta excrevit populi multitudine, ut Presbyter unus olim constitutus deinceps regimini nequeat sufficere, 16. q. 1. c. pricipimus. Altera cauſa sumitur ex nimia plebi aut Ecclesiarum difficultate, ob quam necesse sit, unam de novo instituti præbendam, ut idem ipse Alexander III. constituit c. ad audienciam, de Eccl. adi. Major plerunque occurrit ratio divisas olim præbendas reunendi. Quæ res permittitur a Tridentino Concilio fess. 21. de refor. c. 5. & fess. 24. de reform. c. 13.

Can. II. Plures Clericorum, & quod morentes dicimus, eorum quoque qui presens seculum professione, votis, & habiti reliquerunt, dum communies usuras quasi manifestius damnatas exborrent, commodity pecunia interdicitur: Idcirco generalis Concilii decernit autoritas, ut nullus amodo confititus in Clero, vel hoc, vel aliud usus genus exercere presumat: Et si quis battens professio nem aliquis data pecunia sub hac spe in pignus accepte rit, si sortem suam deductis expensis de fructibus iam reperiit, absolute possessionem suam restituat debitori. Sin autem aliquid minus habet, eo recepto, possessio libera ad dominum revertatur. Quod se post hujusmodi confituta in Clero quicquam extiterit, qui defensando usurpari lucis inficit: Ecclesiastici officii periculum patiatur, nisi forte beneficium Ecclesie fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laica videatur. Habetur c. 1. de usurp.

Can. II. Quamvis grave nimis & divini dignum animadversione iudicium habetur, quod laici quidam quod Sacerdotum est usurpat in Ecclesiastica rebus: majorem Cabassutii, Noritiae Ecclesiastica.

id incuit formidinem ac dolorem, quod somitem sui erroris dicunt in ipso Clero aliquoties invenire: dum quidam fratrum & Coepiscoporum nostrorum aliorumque Praetitorum Ecclesie decimas eis & Ecclesiarum dispensationes indulgent, & in dezia eos mortis impellant, qui predicatione illorum ad vita viam fuerant revocandi. De quibus dicit Dominus per Prophetam: Peccata populi mei comedant, & ad iniuriam provocant animas eorum. Unde statutum, ut si quis aliqui laico in seculo remanenti Ecclesiam, deciman, oblationem conceferit, a suo statu, tamquam arbor que inutiliter terram occupat, fuscidatur, & donec se emendet, lapsum suum defens, subjaceat dolore prostratus. Habetur c. quamvis, de decinis.

Can. VI. In partibus Tolose damnanda heresis dudum emerit, que paullatim more cancri ad vicina loca se diffundens, per Guadalcanam & alias Provincias quampliuviosas jam inficit. Quæ dum in morem serpentis intra suas evolutiones abscondit, quanto serpit occultus, tanto gravius Dominicam vineam in simplicibus demolitur; Unde contra eos Episcopos & omnes Domini Sacerdotes in partibus illis commorantes vigilare precipimus, & sub intermissione anathematis prohibere, ut ubi cogniti fuerint illius heres sectatores, ne receptaculum quisquam eis in terra sua prabere, aut præsidium impetrari presumat. Sed nec in venditione aut emptione aliqua cum eis omnino commercium habeatur, ut solatia saltem humanitatis amissio, ab errore vite sue resipiscere compellantur. Quisquis autem contra hec venire tentaverit, tamquam participes iniquitatis eorum anathemate feriatur. Illi vero si reprehens fuerint per Catholicos Principes custodia manipuli, omnium bonorum amissionem mulcentur. Et quantum de diversis partibus in unum latibulum crebro converiant, & prater consensum erroris, nullam cohabitationis causam habentes, in uno domicilio commorantur: talia convicula investigantur attentius; & si vera fuerint, canonica severitate vetentur.

Can. V. Quoniam enormis quadam consuetudo in quibusdam locis contra Sanctorum Patrum constitutiones invalidit, ut sub anno pretio Sacerdotes ad Ecclesiarum regimen constituantur, id ne fiat, modis omnibus prohibemus. Quia dum Sacerdotum sub hisjumodi mercede venale disponitur, ad aeternæ retributionis premium consideratio non habetur.

Vide similem Constitutionem Concilii Remensis anni 1148. c. 10. pariterque Concilii Lateranensis oecumenici secundi can. 10.

Can. VI. Non satis utiliter in populo avaritia redargitur ab his qui in Clero constituti videntur, & pricipue qui contempto seculo religiosum nomen profertur, & regulam, modis omnibus non cavet. Prohibemus igitur, ne ab omnibus, qui ad religionem transfere voluerint, aliqua pecunia requiratur, & ne Prioratus aut Capella quilibet Monachorum aut Clericorum, decimo detractione vendatur: neque ab eo, cui regimini ipsorum committitur, pro carum commissione ullum premium exigatur. Hoc autem simoniacum esse Sanctorum Patrum autoritas manifeste declarat. Unde quisquis de cetero hoc attentione presumperit, tam qui deaderit, quam qui receperit, partem se cum Simeone non dubitet habiturn. Pro sepultura quoque, Chismatis, & Olei Jacri perceptione, nulla cuiusquam pretii exactio intercedat: neque sub obtentu alienigenis confunditum reatum suum quisquam tueatur: quia diuturnitas non minuit peccatum, sed auger.

Quod idem decernitur can. 16. Remensis Synodi anni 1148. Itemque Londoniensis anni 1125. can. 2. Praesertim vero Lateranensis oecumenica secunda can. 2.

Can. VII. Quoniam in quibusdam Episcopatibus Dei quidam, vel Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum seu Archidiacionum, & terminandas cauſas Ecclesiasticas constituantur sub anno pretio, quod ad Sacerdotum gravamen & subversione judiciorum non est dubium redundare: id alterius fieri districtus prohibemus. Quod si facere presumperit quisquam, removeatur a Clero: Episcopus quoque, qui hoc in sua Diocesis sustinuerit, & Ecclesiastica iudicia patitur sua dissimulatione perverteri, Canonica distictione plectatur.

Habetur c. 2. & 3. ne Praetati vices suas vel Ecclesiastis.

3. Can. VIII. Quoniam supervenientibus novis morbis novas expedit inventare medicinas, & Ecclesiastica libetati considerare, & subditorum utilitati providere curantes, statutum, ut Capellani castorum & eorum vice ministrantes, hujusmodi Sacramento astringantur, ut ex quo fuerit cognitum eis, ut aliquid Ecclesia, vel Camerarii,